

IO. FRANCISCI PICI AD PE-  
TRVM BEMBUM DE IMI-  
TATIONE LIBELLVS.

*O. Fr. P. Pe. Bem. S. Vtrum tibi cum anti-  
quos imitanti scriptores; tum de imitatione me-  
cum differenti assentiri an aduersari deberem;  
nondum satis Bembe iudicaui. Quando ipsos etiam uete-  
res, qui proponuntur imitandi, hac de re cum uarios, tum  
animi dubios fuisse plane comperiebam. Ipsa quoq; ratio  
se se ita præbebat æquam utrique parti, ut quo uergeret  
non satis appareret. Quãobrem si quæreretur authoritas,  
si ratio desulcraretur, quibus quasi germanis ad ueritatẽ  
indagandam uis utimur, his adhuc sub iudice manere uide-  
batur. Verum enim uero dum cogitarem acrius, ipsamq;  
imitationem animo uoluerem, in eam sum adductus sen-  
tentiam, uti non nihil quidẽ imitandum asscuerem: usque-  
quaque uero non putem. imitandum inq; bonos omnes: non  
unum aliquem, nec omnibus etiam in rebus: quod tute ipse  
arbitrabare. Qua quidem in re ut ita sentiam multa me  
mouent: eoq; animus inclinatur, uti aduersus te standum  
facile existimẽ: id ipsum tibi declarare tentabo; conabor q;  
quibus potero rationibus, ut si non ego in te (quis enim in  
amicum ex talem qualis est Bembus id faceret?) senten-  
tiam feram, ipse tamen fortassis litem secundum te dandã  
minime censeas. Ac primum omnium satis constat imita-  
tores a Platone uel inani; uel nullo uerius titulo notatos:  
ut qui proprio digni nomine non habeantur: nisi quod eis*

*Venetijs per Ioan. Ant. eiusque fratres de Sabio.*  
*Anno Domini M D X X X.*

*Hunc librum ne quis alius imprimat Pont. Max. Senat.*  
*Venet. Cæterorumque Italiæ Principum decretis*  
*cautum est.*